UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

**Isidorus <Pelusiota>**

**Parisiis, 1585**

Scholastico. 386.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

δοθῇ οἶνον, ὁ σοφὸς ἐδίδαξε Παῦλος, μὴ διὰ ὑπερβολὴν ἑτέρας δεηθείη ἢ ἀμετρίᾳ ὑδροποσίας. τῷ δὲ ὑγιαίνοντι καὶ ζέοντι ἡλικίᾳ, καὶ ταῦτα μοναχῷ, οὔ μοι δοκεῖ καλῶς ἔχειν, ἐγχεῖν οἶνον τῶν ὑγρῶν τὸ θερμότατον, οἷον πυρὶ ἐπικαίοντας πῦρ. ἐξ οὗ ὁρμαί τε ἄγριαι καὶ ἐπιθυμίαι φλεγμαίνουσαι ἀνακαίονται. καὶ προπέτεια ἀναζέουσα δυσηνίους ἀποτελεῖ τοὺς ἀθλητὰς τῆς πρᾳότητος.

## Σχολαστικῷ. τπϛ.

Προσευχὴ οὐ ῥήμασι ψιλοῖς, ἀλλὰ πράγμασι μᾶλλον χρηστοῖς κατευθύνεται. ὅρα γὰρ τὸν θειότατον Δαβὶδ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀκακίαν ζητοῦντα κριθῆναι, καὶ τὸν εὐσεβέστατον Εζεκίαν, τὴν οἰκείαν εὐλάβειαν προστάγοντα ἱκέτιν. καὶ τὰς χήρας τὰς ἐν Ἰόππῃ τοῖς τῆς τεθνεώσης κατορθώμασι πρεσβευταῖς κεχρημένας. Εἰ οὕτως τὴν δέησίν σου πληρώσῃς, εὐθυπορήσει πρὸς θεὸν, καὶ ἐξοίσει ὡς φῶς τὴν δικαιοσύνην σου, καὶ τὸ κρίμα σου ὡς μεσημβρίαν.

## Τῷ αὐτῷ. τπζ.

Εἰ καὶ τρανοτέρας ἔφης δεῖσθαι σαφηνείας, λευκότερον αὖθις λελέξεται. ζητεῖς γενέσθαι σοι τὸν θεὸν βοηθόν; ὅρα εἰ χρήζοντι δυνηθεὶς ἐβοήθησας. αἰτεῖς πλοῦτον προστεθῆναί σοι παρ᾽ αὐτοῦ; βλέπε εἰ τὸν ὄντα χρηστῶς ᾠκονόμησας. θέλεις φαίνεσθαί σοι τὸν κριτὴν εὐμενῆ; ἀμνησίκακος ἔσο ἐχθροῖς. βούλει φιλανθρωπίας τυχεῖν; συγχώρει τοῖς ὑπευθύνοις αὐτός. καλὸν γὰρ ἀμοιβῇ σώζεσθαι καὶ ὀφλήματι. ἀλλὰ μὴ ἑκάστοτε χάριτι. ὅπερ ἐστὶν ἀγνώμονος.

## Καπιτωλίνῳ. τπη.

Εἰ καὶ νέον Δωὴκ ὁ πάμφορος χρόνος ἐξέβρασεν. ἀλλὰ σὲ Σαοὺλ γενέσθαι

nonnihil impertiendum eſſe ſapiens Paulus docuit, ne ob nimiam continentiam alia rurſum aquæ potione immoderatio egeat. At ſano atque ætate feruenti, ídque Monacho, vinum, quo in omnibus rebus liquidis nihil eſt calidius, infundere, ac velut ignem igni addere, haud mihi bonũ eſſe videtur. Hinc enim & agreſtes impetus, & tumidæ cupiditates inflammantur: ac temeritas & petulantia exæſtuans, lenitatis pugiles ad frænũ contumaces reddit.

## *Scholaſtico. 386.*

Oratio, non nudis verbis, ſed probis potiùs actionibus dirigitur. Vide enim quẽadmodum diuiniſſimus vir Dauid ſecundum innocentiam ſuam iudicium de ſe ferri poſtulet: & pietatis pleniſſimus Ezechias, pietatem ſuam ac religionem Deo ſupplicem offerat: & viduæ Ioppẽſes mulieris defunctæ virtutes ac præclaras actiones ad deprecandum adhibeãt. Si ad eundem modum precationem tuam expleas, ad Deum rectà contendet, ac iuſtitiam tuam tanquam lucem educet, & iudicium tuum tanquam meridiem.

## *Eidem. 387.*

Quandoquidem apertiore tibi explicatione opus eſſe dixiſti, dilucidiùs rurſum loquar. Vis tibi Deus opituletur? Vide ſi, cùm poſſes, ei qui tua ope indigebat, adiumento fueris. Petis vt opes tuas augeat? Vide an eas, quas habes, rectè adminiſtraris. Vis iudex facilem ſe tibi ac placabilem præbeat? Hoſtilium iniuriarum memoriã ex animo depone. Vis benignitatem ac miſericordiam conſequi? Iis, qui tibi obnoxij ſunt, remitte. Præclarum enim eſt remuneratione atque debito ſalutem adipiſci, ac non ſemper gratia: id quod eſt improbi & maligni hominis.

## *Capitolino. 388.*

Etſi nouum Doeg tempus rerum omnium ferax velut æſtu quodam in ortum